









1773.

\*

1. Adckermannius: Rhapsodiae supplementa. Rhapsodiae supplementa. Programma, quo ordinarius senior caeterique fac. juridicae a seniore memoriam

Adckermannianam indicunt.

\*

2. Bornius: De juribus uxoris nobilis in concursu mariti. Programma, quo ordinarius senior reliquisque doctores fac. juridicae . . . solennia doctoralia Jacobi Henrici Bornii et Christophori Friederici Wallii indicunt.

3. Cceermannus, Joannes Friedr: Programma, quo ordinarius senior et reliqui doctores fac. jur. solennia doctoralia Joannis Friedr Cceermannii indicunt.

4. Ponikan, Christophorus Conradus, de: Rhapsodiae supplementa. Programma, quo ordinarius senior caeterique doctores fac. jur. solennia doctoralia Christophori Conradi de Ponikan indicunt.

5. Bauerus, Henricus Godofredus: Simultanea investiti, quatenus primitim et quatenus secundum obsequia succedant.

1773.

6. Boecknius, Joh. Gottlob: De Johanne Frederico,  
princ. Elect. Sax., summo historiarum patrone  
prolusio, orationibus in memoriam Hurri-  
cianam, Suerthianam, Ridelianam. - - 13  
praemissa.
7. Born, Jacobus Huricus: Specilegium observatio- 14  
num de potestate juris dicendi cum archi-marchal-  
lata Saxonico capulata. 15
8. Breuning, Christianus Hur: De causa quartae 16  
Falcidiae in legato liberationis.
9. Breuning, Christianus Hur: An supervit causa 17  
odii querelae inufficiori testamento?
10. Breuning, Christianus Hur: De cautione proca- 18  
pensis.
11. Breuning, Christianus Hur: An renunciatio here- 19  
ditatis paternal involvat renunciationem  
datis filiae uocatae?

1773.

12. Breuning, Christianus Huer: An hereditatis  
petitio rei singularis ex hereditate vindica-  
tionem suspendat?
13. Breuning, Christianus Huer: De inutili clausula  
executiva atque praesumpta causae cognitione
14. Breuning, Christianus Huer: De adaptatione femina  
rum.
15. Breuning, Christianus Huer: An heres iustitiae possit  
sub conditione, si religionem mutaverit?
16. Breuning, Christianus Huer: Num mandatarius  
genus pacis causa missus ipso jure sit legatus?
17. Breuning, Christianus Huer: An omnis legati translatio  
involvat ademptionem?
18. Breuning, Christianus Huer: An actio commodati  
directa commodatarius esse commodatarius, cum  
res commodata evicta erat?
19. Breuning, Christianus Huer: Quae sit juris contentio  
ad modum constituentis portionem statutariam  
videtur praesentem.

1773.

20. Breuning, Christianus Henr: An depositi actio  
utilis hodie dari possit? 1773
21. Breuning, Christianus Henr: An evictio praeska  
da evicta scilicet? 28. 6.
22. Breuning, Christianus Henr: An rusticus, qui  
possidet fundum hunc obligatus ad operas  
aeditias seu Prae-Fuhrum? 9. 10.
23. Breuning, Christianus Henr: An res incorporae  
comprehendantur sub hypotheca generali, in ge-  
neralium et immobilitatis tantum mentio facta 11. 12.
24. Breuning, Christianus Henr: De justo et injusto  
circa homines non morales. 2. 13.
25. Breuning, Christianus Henr: An actio juris contra  
verum ad actorem Pentianum 3. 14.
26. Breuning, Christianus Henr: An exceptio dominii  
conductoris noccat locatori? 4. 15.
27. Breuning, Christianus Henr: De legati hypothecae res  
immobilis an hodie. 5. 16.



1773.

28. Breuning, Christianus Hues: An renuncialis con-  
dictio eius in debiti valeat?
29. Breuning, Christianus Hues: An unio prolium tan-  
quam inefficax rescindi possit?
30. Breuning, Christianus Hues: An exceptio Senatus con-  
sulti Macedoniani locum habeat in cambio  
filii familiae?
31. Breuning, Christianus Hues: Quantum valeat potestas  
ad res remaneat apud maritum?
32. Breuning, Christianus Hues: An iura urbana  
statularia obligent in culas municipii?
33. Breuning, Christianus Hues: De secundarum nuptiarum  
iure tempore
34. Breuning, Christianus Hues: An jus glandis legendae  
ejus sit, cui in sylva competit venatio?
35. Einortus, Christianus Gollub: De valore donationum  
inter parentes et liberos.

1773.

35. Linckhus, Christianus Gottlob: De valore donationum in  
inter parentes et liberos. 43
36. Linckhus, Christianus Gottlob: Commentatio ad Saxon. Sec.  
virs 17 de eo. 1786. 44
37. Linckhus, Christianus Gottlob: Varia juris civitis capita. 45
38. Nommeltus, Constantinus Ferdinandus: De adventu juris canonici  
in Germaniam. 46
39. Kindius, Joannes Adamus Theophrastus: De origine  
et fatis curiae provincialis supremae in Saxonia. 46
40. Puetzmannus, Tobias Ludovicus Ernestus, fac. jur. procancellarius:  
De iuribus mariti, interdum jura separationis conjugi-  
um temporariae causa. Programma, quo sollemnia inaugura-  
talia Christiani Augusti Weintzigi indicit. 47
41. Puetzmannus, Tobias Ludovicus Ernestus: De poenis pro fre-  
quentia delictorum temperandis 48
42. Puetzmannus, Tobias Ludovicus Ernestus: De Patricio  
interdicto. 49

1773

43. Puchmannus, Tobias Ludovicus Emmer: De remissione  
pignoris uxori in bonis mariti competentis atque  
jurejurando valida.
44. Ram, Christianus: De Aurelio Arcadio Charisio, veteri  
jurisconsulto.
45. Richterius, Christ. Gold.: De jure thesauri a mercen-  
rio inventi.
46. Richterius, Joannes Tobias: De obligatione ad custo-  
diam.


*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*



9188.

1773,5.

DISSERTATIO INAUGVRALIS  
**SIMVLTANEE INVESTITI**  
**QVATENVS VIRITIM ET QVATENVS**  
**SECVNDVM STIRPES SVCCEDANT.**



Q V A M  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
CONSENSV  
P R A E S I D E  
**D. HENRICO GODOFREDO BAVERO**  
SVPR. CVR. PROVINCIAL. ASSESS. PANDECTT.  
ANTECESS. ORD. RELL

D. XXI. OCTOBR. A. C. MDCCLXXIII.

**PRO GRADV DOCTORIS**  
IN VTROQVE IVRE  
RITE CAPESSENDO  
IN AVDITORIO ICTORVM  
PVBLICE DEFENDET  
**CHRISTIANVS HENRICVS WEINLIG**  
SENATOR DRESDENS. ET CAVSAR. PATRON.


---

L I P S I A E  
EX OFFICINA LANGENHEMIA



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher.





*Q. D. B. V.*

§. I.

*Argumenta pro successione simultanee inuestitorum secundum stirpes.*



Oblata mihi scribendi opportunitate, non ingratum existimabam me facturum, si in quaestionem illam iuris beneficiarii, satis notam, secundum stirpes, an ex numero capitum, fiat simultanee inuestitorum successio, paulo curiosus inquirerem. Quam etsi intactam alii non reliquerunt, videntur tamen eam aut non satis ordinate, aut non copiose satis pertractasse. Et habet sane speciei non parum, stirpum habendam esse potius rationem, quam personarum. Ea enim est emolumenti successionis,

quae liberis defertur, natura, vt, quoniam aequo duci censetur amore pater erga filios, eandem singuli, prole gaudentes, an improles, accipiant partes, nepotesque, quotquot numero, si pater superfit, nihil ex aui hereditate, minus, eandem, quam pater habuisset, portionem capiant. Neque aliter se res habet in feudis. In quibus quidem videri posset *Ius Saxon. Comm. Cap. 21.* solos admittere filios fuisse. Nisi quotidiana praxis, et verba, quibus vti consuevere domini in ipso inuestiendi actu, satis comprobarent, illam Iuris Romani regulam, in *l. 220. D. d. V. S.* traditam, liberorum dictionem nepotes complecti, ad nos etiam pertinere.

## §. II.

*Argumentum ex liberorum successione in feudo paterno  
petitum.*

Feudum igitur patris morte apertum filiis superstibus et praedefunctorum liberis simul ita cedit, vt filii virilem, nepotes, quam pater, si supervixisset, habiturus fuisset, portionem capiant. Cuius rei si ex me rationem quaesueris, dare aliam, quam mox de allodiis redditam, non possim. Accipit a domino vasallus beneficium sibi et liberis. Adeoque secundum successionis commoda, liberis in legibus tributa, accepisse censendus est. Quam ob rem, quoniam feudum non minus, quam hereditaria bona, quicquid



quid his inest praeter legitimam, accepta parentibus referunt liceri, ipsis non libet, beneficium ab hereditate fecerere, et apprehenso illo, hanc repudiare, *II. Feud. XLV. Torgauisch. Auschr. d. a. 1583. Tit. Wëlchergestalt die Agnaten &c.*

§. III.


*Applicatio ad simultaneam inuestituram.*

Simultaneam inuestituram nouimus principali accedere, condomini quoddam genus tribuere, et, quoniam est accessorium, sui principalis naturam sequi. Hinc filius, repudiata patris hereditate, ad simultaneam aequè minus, ac principalem, eius inuestituram adspirabit. Quod prout *Mand. Feud. Nouiss. d. d. 30. April. A. C. MDCCLXIV. Tit. I. §. 11.* innuit, ego alibi demonstrasse mihi videor. Ob eamque rem videtur successio in simultaneam inuestituram in reliquis etiam eiusdem cum successione in ius ex principali inuestitura quaesitum naturae esse debere.

§. IV.

*Regula est, simultanee inuestitos in capita succedere.*

Verum haec omnia nihil impediunt, quominus optimaë notae iuris clientelaris interpretes hanc nobis regulam insinuent, defuncto vasallo improle, omnes, diuersorum licet sint graduum, simultanee inuestitos ad successione[m] si-



mul vocari, inter quos prouocare sufficiat ad GE. AD.  
 STRVVIVM in *Syntagn. Iur. Feud. C. IX. §. 16.* in *Commen-*  
*tar. num. 5.* IOH. BALTH. WERNHER. *Selectar. Iur. Obser-*  
*uati. P. IV. Obs. CXLV.* CASP. HENR. HORN. in *Iurisprud.*  
*Feud. Cap. XVI. §. 12. sub fin.* CARPZ. *P. III. C. XXIX.*  
*def. VIII.* et p. m. Parentem IO. GODFR. in *Dissert. de Orig.*  
*et Progr. Comm. Sax. man. §. LXXXII.*

## §. V.

*Exponuntur huius regulae rationes.*

Neque est, quid huic regulae possit obuerti. Si prae-  
 ter filios quidem, post habita agnatione et eius ratione, olim  
 in sola domini promissione, posteaque in simultanea inuesti-  
 tura omnem succedendi spem Ius Germanicum Feudale, Sa-  
 xonicum praesertim, collocavit. Estque praeterea notissi-  
 mum, inuestituram principalem aequae, ac simultaneam, in-  
 diuiduam esse, et ob id cuilibet inuestito, nisi ad beneficii  
 partem diserte expressam restringatur, ius, totum sibi ha-  
 bendi, tribuere. Quam ob rem, vt simultaneae inuestitu-  
 rae necessitas inferatur, experientia docet, pluribus liberis  
 in beneficio paterno successoribus inuestituram principaliter  
 pro sua rata, simultaneam ceteroquin conferri. Quam con-  
 suetudinem, adiungendi in fociis principali inuestiturae simul-  
 taneam, confirmavit et necessariam fecit *Mandat. d. d. 30. Apr.*  
 1764.

1764. Tit. I. §. 2. Ex quo conficitur, si ex simultanea inuestitura successio defertur, quoniam singulis totum debetur, secundum concurrentium personarum numerum porciones fieri debere.

## §. VI.

*Argumentum obflare visum remouetur.*

Nec obiicias, huius ratiocinii fallaciam ex liberorum successione spectari, quod videlicet nepotes, licet inuestitura auo facta aequae, ac huius filii, contineantur, eam solum capiant partem, quam pater ipsorum viuus habuisset. Nimirum liberorum nullus inuestituram accepit, verum ex patris inuestitura, simul ipsis proficua, hoc mortuo, feudum singuli capiunt, secundum quod pater iis acquirere voluisse praesumitur. Contra ex prole simul inuestiti singuli inuestituram simultaneam indefinite consequuntur, adeoque; quod pater solus habebat, ex liberis quilibet nanciscitur.

## §. VII.

*Refutatio alius argumenti.*

At ex me quaeris, quid obstat, cur non simultaneae inuestitus, prout vasallus, suum ius ad modum legitimae successione in liberos transmittere voluisse censi debeat. Quod non mireris. Quippe simultanea inuestitura est vasal-

li beneficium, cuius, ad auertendum aperturæ euentum, interest, frequentem prodire focii clientelaris profapiam, incurii, quibus partibus inter hanc feudum diuidatur. Quam ob rem, deuoluta ad simultanee inuestitos successione, cuiilibet ex his ad portionem virilem capiendam sufficere debet, se esse de beneficio delato aequæ ac reliqui indefinite inuestitum. Quæ uti regula firmissimis, quod probasse mihi videor, principiis nititur, eam simul ob alias causas Collegii Ictorum Lipsiensium responsum, Raschio Leucopetrae verfanti Mens. Mart. A. C. MDCCLIV. datum, qui erat Serenissimo quondam Duci a Commissionum consiliis, probat, his verbis: *Obwohl anfänglich, als Herr Wilhelm Ludewig von Lohse die Lehn nebst denen angenommenen Mitbelehnten am Guthe Teuchern und dessen Zubehörungen erhalten, drey Personen, nemlich Herr Johann Heinrich Funcke, Herr Christoph Daniel Köhler, und Herr Johann Christoph von Lohse zur gesammten Hand gelanget, und insgesammt vorn Successionsfalle mit Tode abgegangen, von welchen der erstere vier Söhne, die beyden letzteren aber jeder nur einen verlassen, die nach ihrer Väter Tode die Mitbelehnschaft renouiret, dahero, daß nach solchen dreyen linien oder Stämmen die Lehnsfolge einzurichten, und, da jeder derer drey ersten Mitbelehnten das Condominium feudi vile zum dritten Theile erlanget, daß er es auch solchergestalt auf seine Descendenten verfället, davor gehalten werden will.*

Die.

Dennoch aber und die weil jeder Mitbelehnter die gesammte Hand am ganzen Lehne zu dem Ende, damit, wenn, delata successione, von allen dreyen Stämmen auch nur eine Person übrig, dieselbe in toto feudo succediren könne, erhalten, welches aus denen darüber ausgestellten Lehn-Scheinen, als die vom feudo in genere und nicht von einem gewissen Antheile zu reden pflegen, eben so wohl zu ersehen seyn wird; als es der von denen Mitbelehnten an den Vasallen ausgestellte Revers zu erkennen giebt, und vermöge solcher Mitbelehnenschaft, wenn auch ein, oder anderer Stamm gänzlich ausgestorben, nichts destoweniger die noch lebende Mitbelehnte den Rückfall des Lehns an den Herrn zu derer ausgegangenen Stimme Antheilen verhindern, daher, so lange nicht ein anderes ausdrücklich abgehandelt worden, jeder Mitbelehnter die Mitbelehnenschaft in solidum, und nicht nur pro certa parte überkömmt, auch nicht eher an gewisse theile, als, wenn der Casus successione existiret, und mehrere Mitbelehnte concurriren, zu gedenken, woraus sich ergibt, das, wenn in einem Stamme oder Linie mehrere Personen, als im andern, sich befinden, nichts destoweniger jeder vi investiturae in solidum so viel Recht zur Succession, als der andere hat, so allhier um so viel eher statt finden muß, je weniger aus einem Praesentations-Schreiben, das der Primus adquirens denen Nachkommen derer praesentirten Mitbelehnten die Mitbelehnenschaft nicht absolute, sondern nach denen Stämmen zugestanden, erweislich zu machen, deme dann das Concept vom Lehn-Briefe Fol. 31. nicht zu wieder, gleich-



wie darauf, da es beym Conceptione verblieben, und kein Original vorhanden, nichts ankommt:

So ist das Guth Teuchern sammt seinen Zubehörungen denen vorhandenen Mitbelehten zu gleichen Theilen, folglich jedem von ihnen zum sechsten Theile iure successioneis zuständig.

### §. VIII.

*Exceptiones ab hac regula recensentur.*

Ab hac regula, quam beneficiarii Iuris interpretum non facile quisquam negauerit, recedere non licet, nisi vel vassallus id voluerit, vel voluisse censendus sit, vel consuetudo, aut lex, illud postulent. De voluntate vassalli verbis declarata quod moncam, nihil est, si inter omnes quidem constat, ad hanc vtilis domini societatem, qua vassalli super feudo arbitrari licentia limitatur, hoc inuito adspirare neminem posse, adeoque, quoniam quisque suae rei recte statuit legem, modum huic beneficio dare, et successioneis commodo exin prouenienti certos praescribere fines, vassallo non minus licere debet. Neque tamen temere habendum esse arbitror vassallum a praedicta iuris clientelaris ratione desistere voluisse. Vnde dubium non est, si vassallus, extincta sua progenie, nominatos simultanee inuestitos, Titium et Caium, hisque defunctis, illorum liberos sic succedere se velle dixerit, vt alteram Titii, alteram Caii proles beneficii partem capiat, huic voluntati obtemperandum

dum esse. Quo pertinet Responsum Facultatis Iuridicae  
 Mens. Decembr. A. C. MDCCXXXIX. ad Interrogationem  
 Matthiae Friderici a Krosigk.

*Ist George Ernst von Krosigk ohne männliche Leibes-Lehns Erben verstorben, und es concurriren zu dem von ihm verlassenen, und im Bernburgischen gelegenen Ritterguthe Hohen-Erxleben zweyer seines Vaters Gebrüdere Matthias und Jacob Antons Descendenten, als Mitbelehnthe sonder Recht der Sipzahl, unter welchen Zweifel vorfällt, ob Matthias von Krosigk Enkeln, Matthias Friedrichen und Carl Gerhardt Vollrathen die Hälfte von angeregten Ritterguthe iure simultaneae inuestiturae zukomme, oder ob sie sich darein mit ihren übrigen Vettern und Mitbelehn-ten nach Zahl derer Personen zu vertheilen haben :*

*Ob nun wohl diejenigen, welche die Mitbelehnenschaft an einem Feudo ohne Recht der Sipzahl erlanget, in demselben lediglich beneficio simultaneae inuestiturae succediren, welchergestalt plures simultaneae inuestiti, ob sie schon die Mitbelehnenschaft nicht zuerst erlanget, sondern darinnen als Descendenten derer ersten Adquirenten succediret, vor sich und unter einander gleiches Recht zur Succession haben, folglich auf die unterschiedenen Linien, in welchen sie von denen ersten Adquisitoribus abstammen, so lange, als die lex conuentionis nicht zuwider ist, kein Abschen zu richten, sondern dieselben zu gleichen Theilen, und secundum capita in das angefallene Feudum zu succediren, be-rechtiget sind :*



Dennoch aber und dieweil in denen Lehn - Briefen Fol. 13. denen Vettern von Krofsgk die Mitbelehnschaft an dem Ritterguth Hohen - Erxleben nicht jeden vor seine Person besonders, und einem, wie dem ändern, sondern mit deutlichen Worten secundum lineas als Descendenten von Matthias von Krofsgk und Jacob Anton von Krofsgk, mithin eines jeden nurgedachter beyden Brüder von Krofsgk Nachkommen als einer Person bekennet, ja so gar solche successio linealis bey denen aster Linien beliebt worden, da der Serenissimus Dominus Directus in Jacob Antons von Krofsgk Hauptlinie die drey Gebrüdere, Anton Ludolph Friedrichen, Werner August Friedrichen, und Carl Lebrecht Friedrichen in der Person ihres Vaters Gebhardt Friedrichs zusammen genommen, und nachhero in einer neuen Proposition August Lebrechts von Krofsgk Sohn besonders anführet, welchergestalt sich derer Mitbelehnten des Ritterguths Hohen - Erxleben Successions - Recht nicht bloß auf die Mitbelehnschaft, sondern zugleich auf die Descendenz von ihren Eltern nach Vorschrift derer Lehnbriefe gründet, und nicht zu behaupten, daß jeder sothaner Mitbelehnten mit dem ändern gleiches Recht zur Succession habe:


So sind Matthias Friedrich und Carl Gebhardt Vollrath von Krofsgk die übrigen Vettern und Mitbelehnten zur Succession in das Guth Hohen - Erxleben zu gleichen Theilen zuzulassen nicht schuldig, sondern es gehöret ihnen davon die Hälfte.  
V. R. W.



## §. IX.

*Quatenus collectiua liberorum dictio successionem stirpium inducat.*

At enimvero sola, praeter nominationem simultaneae inuestitorum, eorum progeniei mentione facta, nulla partium, quae huic vel illi stirpi cedat, addita designatione, non existimo a communi diuersam inferri successionem posse. Si, quod illustrandae sententiae inferuiat, dixerit vassallus, *er wolle Titium und seine Descendenz, Caium nebst seiner Nachkommenschaft, und laulenum mit seinen Lehns-Erben in die Mitbelehnenschaft nehmen*, non adiectis verbis *jeden Stamm zu gleichen Theilen*. Nisi adsint nominatorum liberi, et, sola collectiua appellatione liberorum, parentibus iuncti. Patet enim per se, inuestiturae simultaneae effectum morte inuestitorum non exire, sed in horum filios transfiniti. Vnde liberorum dictio, tanquam superflua, non video, quam ob causam rem subiectam debeat immutare. Nisi dixeris, hanc ipsam ob causam, quod, rem plane inanem facere contrahentes voluisse, non sit credibile, liberorum adiectionem generatim factam satis manifeste indicare, vassalli animum, successionem stirpium in locum virilis surrogandi. Cui ratiocinio calculum adhaerere videntur *CARPZOV. ad Constit. El. XXIX. P. III. definit. XIII. WERNHER Part. VI. Obseruat. CCLXXV. HORN in Jurisprud. Feud. Cap. XVI. §. 14.* laudatque ab his alii.



## §. X.

*Eiusdem argumenti continuatio.*

Caeterum hoc largior, vasallum, qui alios singulatim nominatos, simulque defuncti filios coniunctim domino simul inuestiendos obtulerit, aperte satis declarasse, se id velle, vt, successione deuoluta, omnes isti filii simul eandem obtinerent beneficii partem, quam ex nominatis reliquis singuli essent habituri. Qua re id simul effici persuasum habeo, vt, si tale exemplum se offerat, etiam singulorum nominatorum progenies secundum stupes succedat, id est eorum filii, quotquot numero, maiorem feudi partem non capiant, quam, qualem pater superstes cepisset.

## §. XI.

*An pater et filius simul inuestiri possint.*

Venit in mentem hac occasione alia quaestio, quae ad rem nostram etsi proxime non pertinet, quibusdam dubia videri possit; Feudum nouum adquirenti an liceat alium cum eius filiis in simultaneam inuestituram sic recipere, vt singulis ea conferatur? Quippe profitetur Serenissimus Saxoniae Legislator in *Mand. circa feuda d. 30. April. 1764. emissio Tit. VII. §. 3.* se filiis, parentum inuestitura comprehensis, simultaneam eius, quod haberet pater, beneficii inuesti.

uestituram non esse concessurum. At non minus inuestituram simultaneam a patre partam, hoc mortuo, filii nanciscuntur.

§. XII.

*Quod affirmatur.*

Ego vero, hoc nihil impediēte, condominium, de quo loquimur, feudale filiis cum patre simul tribui posse, nequaquam dubito. Nouimus nimirum fauorem creditorum vasalli, quoniam si huic filii in beneficio succedere cupiunt, (quae necessitas in simul inuestitis exulat,) heredes fieri debent, hanc prohibitionem peperisse. Verum hic fauor id efficere non debet, vt simultanee inuestitus aes alienum ab altero eiusmodi condomino contractum soluat, successionis ab alio sibi tributae conseruandae causa. Si istud quidem vinculum, quod ob aliam causam simultanee inuestitos inuicem iungit, ad vasallum pertinere omnino non debet, cuius respectu omnes extranei habendi sunt, et cui, quotquot vult, in simultaneam inuestituram recipere intra sexennium licet. Prout patrem cum sex filiis ad condendum testamentum vocare ius ciuile permittit, simulque filium heredem a dicendo testimonio in patris testamento repellit.

§. XIII.



## §. XIII.

*Commodum successionis ex simultanea inuestitura a vasalli arbitrio pendet.*

Ex vasalli voluntate, vt vidimus, proficiscitur simultanea inuestitura. Vnde, sicuti in testamentis interpretandis quod est credibile voluisse testatorem, sibi plurimum vindicat, *l. 12. d. R. I.* ex probabili vasalli mente successionis commodum in simultanea inuestitura debemus metiri. Quoniam tamen haec testantium voluntates, nostrumque successionis genus, differentia intercedit, vt illae, nescio, vel absente, vel certe nihil ad rem pertinente herede, designentur vel proferantur, hoc ex pacto cum simultanee inuestitis conuenito prodeat, hic non aequae facile, ac illic, a communi regula deflectere licere existimo, dum iis nouimus non patrocinari interpretationem, qui, quum apertius loqui potuissent, locuti non sunt.

## §. XIV.

*Notatur Carpzouii sententia in Def. XII. ad Const. XXIX. P. III.*

Et hoc est, quod me mouet a CARPZOVIO dissentire, qui in *Definit. XII. ad Constit. El. XXIX. Part. III.* auctoritatem MODEST. et HARTM. PISTORVM secutus, existimat, si ex pluribus simultanee inuestitis aliqui relictis liberis

ris decessissent, hos cum superstitibus secundum stirpes ad successionem vocari. Certe hoc nude affirmare, atque cerebrinam sectari aequitatem non sinunt iuris principia. Ut potius, si non omnino, quod mallem, velis admittere successionem secundum personarum numerum, quo fuerit animo vasallus erga simultanee inuestiendos, spectare debeamus. Quod si enim facta stipulatione, de feudo post successionem delatam heredibus allodialibus, recepta certa pecunia, restituendo, suis se potissimum commodis consulere velle, declaravit, etiam in proposito exemplo pro simultanee inuestitorum numero feudi vel pecuniae in eius locum surrogatae portiones, nisi me fallunt omnia, fieri debent.

## §. XV.

*Eiusdem argumenti continuatio.*

Sin vero simpliciter, et, nulla vicissim facta promissione, simultaneam fieri passus est inuestituram, propius ad veritatem accedit, liberos defunctorum eandem cum superstitibus beneficii partem capere. Quod videlicet communis manus beneficium dum in plures contulerit, aequo se erga singulos amore duci declarasset. Mihi tamen, quod repero, satis idoneum hoc argumentum recedendi a regula iuris beneficiarii non praebet. Dum enim vasallus et socii eius feudales naturam inuestiturae simultaneae, et qualem produceret successionem, nouerant, et nosse debebant, pactumque

C

quo



quo limites successioni liberorum ponerent, adiecerunt nullum, communem succedendi normam probare voluisse existimandi sunt. Quam interpretandi rationem discrete probat saepius laudatum *Mandat. Nouiss. Tit. VII. §. 4.* Wenn nun eine Lehn durch Absterben des Besitzers auf die Mithelbenten verfället wird, so ist wegen der Succession dieser Unterschied zu halten, daß wenn selbige ohne eine bestimmte und vorgeschriebene Ordnung und zu gleicher Zeit praesentiret sind, sie sodann zusammen - - - - zur Succession gelassen werden sollen.

## §. XVI.

*Remouetur argumentum ob stare visum.*

Quod obiciunt, rationi refragari, si plus ex feudo commodi caperent filii, quam pater simultanee inuestitus successione delationi superstes habuisset; Quod illi ex huius pacto tanquam heredes adquirant, eodemque adeo cum ipso iure censi debeant. Vt enim taceam, si ex his praecipis res definienda esset, nullam fore, nisi in primis simul inuestitus, successione virilem, horumque liberos secundum stirpes semper admittendos. Quod nec aduersarii nostri affirmare suscipiunt. Nobis cum pactitia successione est negotium ab hereditaria non parum discrepante. In qua si lex pacti postulet, vt liberi plus quam parentes commodi nanciscantur, id ab aequitatis ratione alienum videri non debet.

## §. XVII.

## §. XVII.

*Quod exemplo illustratur.*

Nec alia defunt in materia feudali exempla, ex quibus praecepti huius cernitur veritas. In feudo promiscuae successione matrem scimus per ipsius filium a successione repelli, etsi hic, ab alia editus, isto emolumento omnino cariturus erat. Quodque in hisce clientelis sexus privilegium tribuit masculis, id quidem commodi numerosa simultanee inuestitorum proles inuestiturae debet, quae singulis generatim concessa sua natura totam rem obligat, adeoque, concursu plurium eodem iure gaudentium facto, id efficere debet, ut aequis partibus feudum inter omnes diuidatur. Etsi secundum tritissimum illud Philosophorum, minima circumstantia totam rem variat, largior, pro exemplorum varietate varias oriri dubitationes posse, qualis beneficii distributio inter simultanee inuestitos fieri debeat, nobis, quoniam singula, quae ab aliis forte excogitari possunt, assequi cogitando non licet, sufficere debet, principia exposuisse, ad quae in diiudicandis eiusmodi, dirimendisque controuersis, ut existimamus, iureconsultum oportet, respicere.

## §. XVIII.

*Interpretatio Const. XXIX. Part. III.*

In id vero aliquanto curatius inquirere, nostrum erit, *Constit. Electoral. Sax. XXIX. Part. III.* annon fortasse ne-

cessitatem nobis omnino imponat, fratrum liberos, si cum patris concurrant, ad successionem ex stirpe dejetam ablegare. Hac lege si quis in eam sententiam se induci passus fuerit, ut existimaret, hanc fuisse legislatoris mentem, sine inuestitura simultanea fratres ad successionem ex agnationis iure vocare, errauerit vehementer, refragante quotidiana praxi eiusmodi ratiocinio. Taceo, alia omnia ex Mandato nouissimo apparere. Ut potius lex propofita hoc solum sibi velit, si fratres iure succedendi in fratris clientela gaudeant, id est, si inuestitura simultanea illud sibi quaesierint, tum ante vassalli obitum defunctorum fratrum filios iure repraesentationis simul cum superiuuentibus admittendos esse. Nec versatur serenissimus auctor in ferenda noua lege, sed in antiquo iure declarando, quod satis confirmant verba: *die weil aber in unsern Landen gewöhnlichen gehalten, dass Bruders Kinder mit dem Bruder in stirpem, und also an statt ihres verstorbenen Vaters vor einen Theil zu dem Lehne zugelassen werden, so thun wir doch solche Gewohnheit hiermit bestätigen.* Quoniam igitur, quod vidimus, antiquum ius Saxonicum solos, praeter filium, simultanee inuestitos ad successionem in feudis admittit, supponit lex nostra fratres, quibus mediante inuestitura simultanea ius succedendi fuerit conseruatum. Haec omnia per se patent.



## §. XIX.

*Dicta Const. ad feuda antiqua pertinet.*

Id vero putauerim, non aequè expeditum esse, eodem iure in beneficio a fratre recens quaesito censendi sint fratrum liberi, ac in antiquo. Quippe in antiquo feudo ponendum est, fratres antea patris sui inuestitura comprehensos, hac principali inuestitura, propterea, quod, facta bonorum diuisione, beneficium fratri concesserint, destitutos, recepta per pactum inuestitura simultanea, ius succedendi sibi conseruasse. Ex quibus si qui ante patrem fato concessissent, liberis relictis, hi cum patruis iure repraesentationis in feudo ex aui morte deuoluto ad successionem venissent. Dum igitur fratres ius succedendi per diuisionem amissum communis manus beneficio sibi seruare student, facile reputari possunt, eius naturae, cuius antea fuerat, successionem seruare voluisse. Contra praedefunctorum fratrum filii, quod addit Legislator, per adiectionem clausulae, secundum gradus proximitatem, *nach dem Rechte der Sipzahl*, repraesentationis iure non exuuntur. Quod videlicet ex ipso repraesentationis beneficio in eodem cum patre mortuo gradu constituti esse habentur.



## §. XX.

*Non aequè ad feuda noua.*

Longe alia res est in feudo nouo. Dum enim nouimus, beneficiario iure, communi pariter, atque Germanico, omnes, qui feudum adquirent, illud sibi suisque liberis acquirere, consequitur, adquirentis fratres, habita beneficii ratione, extraneos esse censendos, consuetudinemque, ex qua ad successionem vocentur, de iis non praedicandam. Et quanquam negari nequit, aequè minus esse in antiquo, atque in nouo, feudo fratrum sine inuestitura simultanea Saxonum iure successionem; tamen hoc etiam scimus, amissionem successionis in beneficio paterno ex diuisione contingentem, primo, et quamdiu prohibita censebatur bonorum auitorum sine gentilium consensu alienatio, disertam promissionem domini, successionis ius restituentem, (expectatiuam dictam) ac dein, liberiore facto per iuris Romani introductionem dominorum, super rebus suis statuendi, arbitrio, inuestituram simultaneam peperisse, v. patris IOH. GODOFR. *Dissert. de Orig. et Progr. comm. Sax. manus §. XXXIX. seqq.* Vt adeo, nihil impediens communis manus ad inferendum ius succedendi necessitate, successio fratrum in beneficio paterno moribus Germanorum, etiam Saxonum, merito dici consentanea possit. Et haec sunt, quoniam, imposito nobis interpretandi officio,

cio, non verba solum legis, verum legislatoris mentem etiam introspicere debemus, quae mihi persuadent, Serenissimum Electorem in laudata Constitutione de sola successione in feudum antiquum, non aequè de nouo, cogitasse.

## §. XXI.

*Fratres de feudo nouo simul inuestiti extraneorum iure censendi sunt.*

Quod si verum est, simul consequitur, fratres in manum communem a fratre feudum acquirente assumptos extraneorum iure censendos, adeoque, deuoluta successione, secundum inuestiturae simultaneae naturam, portiones ex numero personarum constituendas esse. Si non vasallus vel ex agnatione, et eius proquinquitate, vel ex praescripta alia norma successione censeri iusserit. Vnde non dubito, quae superius Spho 14. seqq. notavi, huc etiam repetere. Videretur tamen praxis huic meae sententiae occlamare, et, posthabita inter feuda noua et antiqua differentia, vbicunque fratres simul inuestiti deprehendantur, filios eorum simul cum superstitibus ex iure repraesentationis admittere. Quod, si verum intelligo, inuoluit Respons. a Facult. Iurid. Lips. Mens. Septbr. 1756. datum, his verbis: *Obwohl nach Sächsischen Rechten, wenn die Clausul nach rechter Sippszahl in dem*  
Lehn-

*Lehn-Briefe nicht enthalten, noch auf andere Art, daß secundum graduum proximitatem succediret werden solle, darinnen exprimiret, alle Simultanee inuestiti, sine gradus praerogatiua* STRVV. Syntagm. Iur. Feud. Cap. IX. Art. XVI. no. 4. HORN. Iurispr. Feud. Cap. XV. §. 12. CARPZ. P. III. C. 29. def. 8. 9. und zwar in capita, STRVV. l. c. n. 6. HORN. d. l. §. 14. zugleich in feudo succediren, immassen Iure Saxonico denen Agnaten sowohl, als extraneis personis die feuda andrergestalt nicht, als beneficio simultaneaе inuestiturae, zukommen, wenn also diese Inuestitur pure, und ohne Absicht auf die gradus proximitatem geschehen, alle Mitbelehnte, sowohl remotiores, als proximiores, gleiches Recht haben, und also pari iure succediren, anerwogen auf den tenorem inuestiturae lediglich das Absehen zu richten, HARTM. PISTOR. P. II. Qu. 19. COLER. P. I. Decif. 52. no. 6. und daß solchergestalt, da in dem Lehnbriefe sub D. weder die Clausul nach rechter Sippzahl enthalten, noch sonst, daß die Succession in das Guth Löwenfels secundum gradus proximitatem geschehen solle, darinnen exprimiret, Ottfried Magnus von Thierfeldt mit seines verstorbenen Bruders vier Söhnen in capita, und also weiter nicht, als zum 5ten Theil, zur Succession des Guths gelangen könne, es das Ansehen gewinnen möchte: Democh aber und die weil nach denen besonders Sächsischen Lehnrechten II. Feud. §. his vero. LehnR. Art. XXXII. verb. und die weil auch die Brüder &c. Part. IV. Conf. XXIX. HORN. Iurispr. Feud. Cap. XVI. §. 7. 14.

HANACC. ad dict. §phum, STRVV. Synt. Iur. Feud. C. XI. n. 3. STRYCK. Exam. Iur. Feud. Cap. XVI. Qu. 13. wenn ultimo defunctus vasallus ohne Leibes-Erben abgegangen, und Brüder, sowohl vorher verstorbenen Brüder Söhne verlassen, diese letzteren mit denen Brüdern iure repraesentationis in stirpes, und also an Statt ihres verstorbenen Vaters vor einen Theil zu dem Lehne zugelassen werden, und dieses ohne Unterschied, ob die Clausul nach rechter Sippzahl im Lehnbriefe gesetzt worden, oder nicht; das im übrigen in mehr ermeldeten Lehnbriefe sub D. Otfried Magnus von Thierfeld seinem Bruder Caspar Georgen vorgesetzt worden, ohnerachtet er ihm sowohl ratione natiuitatis, als dignitatis nachstehe, zur Sache nichts thut, noch zu behaupten, das dadurch von dem nach denen Rechten gesetzten Ordine succedendi abgegangen worden, welches, wenn es die Meynung gewesen, deutlich exprimiret werden müssen: So ist Otfried Magnus von Thierfeld bemeldete seines Bruders Söhne von der Succession in das erledigte Ritterguth Lawensfels gänzlich auszuschließen nicht befugt, sondern dieselben zusammen zur Hälfte zur Lehnsfolge zu lassen allerdings verbunden. Hoc tamen largior, si ex agnationis propinquitate fratrum simultanee inuestitorum posteros succedere vasallus voluerit, defunctorum liberos ex iure repraesentationis cum viuentibus admitti debere. Idque, quoniam Serenissimus Legislator in Constitutione nostra sic generatim propinquitatem agnationis in successione feudali definiuit, vt haberentur fra-

D trum

trum defunctorum filii, eodem gradu, quo superstites, cum defuncto vasallo contineri.

## §. XXII.

*De feudo hereditario.*

Haec repraesentationis fictio an aequè proficiat fratrum filiis in feudo absolute hereditario, magis dubium. Non ingredior hoc loco istas interpretum tricas, qui ut inuenirent aliquam feudorum differentiam, secundum quam alia dicerent ex pacto et prouidentia maiorum esse, alia hereditaria, vehementer desudarunt. Est enim haec diuisio feudorum mera interpretum fictio, adiumento legum omnino destituta. Quippe conuenit quidem inter dominum et vasallum, qui feudum ex emto alioque inter uiuos negotio acquirit, ut primi adquisitoris liberi in isto feudo succedant, et in huncce modum inuestitura peragitur. Adeoque posterius successioneis emolumentum pacto maiorum acceptum referunt. Simul uero leges beneficiariae hanc feudis dederunt naturam, ut filios tum demum, si patris heredes essent, ad successioneis in clientela paterna admitterent, non heredes ab ea remouerent. Ex quo conficitur, feuda sua natura dici quodammodo ex pacto et prouidentia maiorum talia, hereditaria quodammodo posse.

Vi-

Videlicet respectu ad agnatos, vel nostro iure v. *das angezog. Torg. Auschreiben* dict. Tit. ad simultanee inuestitos habito, ex pacto et prouidentia, ad liberos contra, hereditarium. Verum, quoniam idem simul esse, et non esse, nequit, plane nullam esse feudorum in hereditaria, et ex pacto vel prouidentia talia, diuisionem. Vtramque potius qualitatem, ex qua liberior est simultanee inuestitorum, vel agnatorum successio, quam liberorum, constituere feudorum proprietates.

## §. XXIII.

*De feudi hereditarii notione.*

Nouimus praeterea, heredum ciuilium et praetoriorum appellationem *Erben und Erbnehmen*, qua loco filiorum usus fuerit in prima inuestitura dominus, et quae, etsi absona, et a re subiecta plane aliena est, interdum occurrit, non efficere, vt aliquid naturae feudi circa successionem detractum esse iare existimemus. Vt potius eiusmodi heredes, quos natura feudorum ad successionem admittat, dominum intellexisse, et eiusmodi appellationes a successionis feudalis natura abhorrentes, ex ingenio scribae profectas esse, arbitremur. Nouam igitur, et a communi natura diuersam, vt feudum faciem induat, oportet, dominum hoc aperte, et indubie declarasse. Idque fieri solet, surrogata in locum



feudalis allodiali successione, salva caeteroquin feudi natura.

§. XXIV.

*In feudo plane hereditario exulat repraesentatio.*

In his feudis, quae satis apte, ut mihi videtur, absolute hereditaria dicuntur, non existimo, tribui posse fratrum filiis cum fratribus defuncti successione. Quamvis enim Constitutio nostra hanc succedendi rationem feudis in genere tribuat, et quamvis feuda absolute hereditaria vera sint, etsi impropria, feuda, hoc loco, nisi me fallunt omnia, sufficit, iis esse, quoad successione, allodiorum naturam restitutam. Quam dum ob causam, defuncto vasallo, allodii partem efficiunt, ei, ad quem pertinet hereditas, simul cedere debent. Caeterum ad feuda promiscuae successione, etiam si paria filiabus sint reddita cum filiis iura, haec trahi non debent; ut potius in huius generis beneficiis non solum fratrum filii cum fratribus, sed etiam cum fororibus defunctorum fororum filiae, secundum ea, quae supra monui, partem suam accipiant.

§. XXV.

*De effectu clausulae nach Recht der Sippszahl.*

Clausula, ut iure agnationis, nach dem Rechte der Sippszahl, fiat successio, a vasallo inuestiturae simultaneae addita,  
agna-



agnationis propinquitatem ex defuncto vasallo, non ex primo beneficii acquiretore, metiendam inducit. Haec enim est legitima agnatorum iuris antiqui successio, quam hodie in fideicommissis familiae, nec non, secundum iuris Longobardici praecepta, in feudis cernimus. Quam, quia communis est, vasallus intellexisse existimatur.

## §. XXVI.

*De arbitrio vasalli super simultanea inuestitura  
restricto.*

Denique ab arbitrio vasalli quidem pendet, quo ordine, vel qua ratione velit clientelam ad simultanee inuestitos deuolui. Ipsum tamen oportet, hanc successionis regulam, antequam perficiatur pactum, proponere, vel hoc sibi arbitrium etiam in posterum adiecto pacto reseruare, ne ius ex conuentione quaesitum validam simultanee inuestitis exceptionem suppeditet. Quam ob rem, qui accepto nouo feudo simultaneam inuestituram vni alteriue concessit, plures postea eum ad effectum, vt simul cum prioribus succedant, vel potiori successionis iure gaudeant, simultanee inuestitos recipere non valet. Adiecto, tamen, pacto hanc licentiam seruari posse, nemo facile dubitauerit. Nec habendus est id voluisse Serenissimus Legislator, dum

XXX



dum in *cit. Mand. Tit. VII. §. 4.* plures diuerso tempore simul  
inuestitos ex temporis, quo fuerint domino oblati, (*wie  
sie der Zeit nach praesentiret,*) priuilegio, ad successionem  
vocat. Vt potius defectum pacti supponat.

T A N T V M.



ULB Halle  
004 758 501


3



*56*







9188.

1773,5.

DISSERTATIO INAUGURALIS  
SIMULTANEE INVESTITI  
QUATENUS VIRITIM ET QUATENUS  
SECUNDUM STIRPES SUCCEDANT.



Q V A M  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
CONSENSV  
P R A E S I D E  
D. HENRICO GODOFREDO BAVERO  
SVPR. CVR. PROVINCIAL. ASSESS. PANDECTT.  
ANTECESS. ORD. RELL.

D. XXI. OCTOBR. A. C. MDCCLXXIII.

PRO GRADV DOCTORIS  
IN VTROQVE IVRE  
RITE CAPESSENDO  
IN AUDITORIO ICTORVM  
PVBLICE DEFENDET  
CHRISTIANVS HENRICVS WEINLIG  
SENATOR DRESDENS. ET CAVSAR. PATRON.

L I P S I A E  
EX OFFICINA LANGENHEMIA

